Iudices sancte Maguntine sedis. Datum per copiam. Godefridus senior de Eppenstein et Elysa collateralis nostra
tenore presencium recognoscimus et publice profitemur, quod nos bona nostra sita in Mittelenliderbach, cum
omnibus suis pertinenciis ecclesie Schonaugensi, iunctis palmis pro remedio animarum nostrarum, pure et simpli-
citer contulimus post obitum nostrum, titulo iuste proprietatis in perpetuum possidenda. Testes huius rei sunt.
frater Johannes de Wetzflaria ordinis fratrum minorum. Heinricus de Habiz dapifer noster. Giso de Welbach. Albertus,
et Sifridus notarius noster et alii quamplures. Ne autem dicta nostra donacio tam rite et racionabiliter facta a nostris
heredibus, sive ab aliis quibuscumque in posterum forsitan impediatur, presentes litteras, ecclesie predicte, sigillis nostris
tradidimus roboratas. Actum apud Eppenstein Anno domini M. CC. LXXX secundo. quarta feria post dominicam Invocavit.
Nos Gerhardus dei gracia archidiaconus ecclesie Treverensis et Godefridus frater noster de Eppenstein, tenore
presencium publice profitemur, et nosse volumus universos, quod dominus et pater noster G. de Eppenstein, communicata
manu Elyse matris nostre dilecte clare memorie, de nostro plano consensu et libera voluntate, contulit ecclesie
Schonaugensi ordinis Cisterciensis, pro remedio animarum suarum, Curiam suam in Mittelnliderbach propriam, cum
agris, vineis, et omnibus aliis, ad ipsam Curiam pertinentibus, cum omni iure, prout ipsi eam hactenus possederunt
pure et simpliciter propter deum, sicut in litteris suis super eo predicte ecclesie traditis, plenius continetur. Ut autem
dicta ecclesia a nobis, vel a nostris heredibus in predictis bonis eidem, adeo racionabiliter collatis, in posterum nequaquam casu
quocumque accidente, impediatur, presentes litteras ei dedimus sigillorum nostrorum munimine consignatas in testimo-
nium super eo. Datum Anno domini M. CC. LXXXII. III. Idus Febr.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

Godefridi de Eppenstein
remisit nobis bona sua [illegible]
[illegible]

T

Frankenfurt [illegible]

Ein widirruf wie her Gotfrid von Eppinstein [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

1273.

N. 9.

1273.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

Iudices sancte Maguntine sedis. Datum per copiam. Godefridus senior de Eppenstein, et Elysa collateralis nostra tenore presentium recognoscimus, et publice profitemur, quod nos bona nostra sita in Guttelenliderbach, cum omnibus suis pertinenciis, Ecclesie Schonaugensi, iunctis palmis pro remedio animarum nostrarum, pure et simpliciter contulimus post obitum nostrum, titulo iuste proprietatis in perpetuum possidenda. Testes huius rei sunt. frater Johannes de Wetflaria ordinis fratrum minorum. Heinricus de Babla dapifer noster. Giso de Vilbach. Ulbertus. et Sifridus notarius noster. et alii quam plures. Ne autem dicta nostra donatio tam rite et racionabiliter facta, a nostris heredibus, sive ab aliis quibuscumque in posterum possit impediri, presentes litteras, Ecclesie predicte, sigillis nostris tradidimus roboratas. Actum apud Eppenstein Anno Domini M. CC. LXX sexto. quarta feria post Dominicam Invocavit.

Nos Gerhardus dei gracia Archidiaconus Ecclesie Treverensis, et Godefridus frater noster de Eppenstein, tenore presentium publice profitemur, et nosse volumus universos, quod dominus et pater noster G. de Eppenstein, communicata manu Elyse matris nostre dilecte clare memorie, de nostro plano consensu et libera voluntate, contulit Ecclesie Schonaugensi ordinis Cisterciensis, pro remedio animarum suarum, Curiam suam in Guttelnliderbach sitam, cum agris, vineis, et omnibus aliis, ad ipsam Curiam pertinentibus, cum omni iure, prout ipsi eam hactenus possederunt pure et simpliciter propter deum, sicut in litteris suis super eo predicte Ecclesie traditis, plenius continetur. Ut autem dicta Ecclesia a nobis, ut a nostris heredibus in predictis bonis eidem, adeo racionabiliter collatis, in posterum nequaquam casu quocumque accidente, impediatur, presentes litteras ei dedimus sigillorum nostrorum munimine consignatas in testimonium super eo. Datum Anno Domini M. CC. LXXVII. IIII. Idus Februarii.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN